



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

9. Clotarij regis luctuosa mors.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

inuifum (ita Bardam Cafarem appellan-  
 tum frustatim concide, impiumq; filium, ( hoc nomine Michaëlem  
 Imperatorem indicantem ) numerata in ijs, qui sunt in dextera parte,  
 sed simile supplicium sume: Et somnium ita se habuit. Itaq; non multo  
 post homines gladijs strictis in se confertim inuadentes Bardas conspicua-  
 tus sibi moriendum sensit, seq; ad Basilij, qui mox Imperator fuit, pe-  
 des abiecit. Verum ipsum inde abstractum frustatim concidunt: deinde  
 genitalia ipsius membra hasta appensa per exercitum traducunt. In-  
 gens autem turba concitata est, qua Imperatori periculum intentaret.  
 Quam quidem vigilantissimus Praefectus Constantinus cum multis in  
 medium confestim accurrens, sedauit, cum laudibus Imperatorem  
 celebrans, iusta nece occisum Bardam pronuntiaffet. Atq; ita Bardas  
 periit, qui Sedi Apostolicæ infestus fuit. Stat supra petram Eccle-  
 sia, in quam si sagittas mittis, resiliunt tela in jaculantem. Quod  
 Bardæ & Michaëli euenit, de quibus dici potest:

Vidi cruentos carcere includi duces,  
 Et impotentis terga plebeiâ manu  
 Scindi tyranni.

Senec. in  
 Hercule, fur.  
 Act. 3.

Nemo Christi Vicarium lædat. Et ille Christi, & Christus  
 illius causam agit. Sed non credunt hoc mali Christiani, &  
 quidam ad vim faciendam potentes, quia ceruis similes sunt, qui  
 cum atraxere aures, acerrimi auditus sunt; cum remisere, surdi:  
 sic & illi, si quid est, quod placeat, id procul etiam percipiunt:  
 si quid secus, quantumuis clames, non intelligunt. Sed intelli-  
 gent morituri, sicut Clotarius Francoꝝ Rex, qui An. Christi  
 565. & regni sui 51. cum multis muneribus ad limina B. Martini  
 profectus est, ad cuius sepulchrum Turonos veniens, cunctas a-  
 ctiones, quas fortasse negligenter egerat, replicans, & orans cum grandi  
 gemitu, ut pro suis culpis B. Confessor Domini misericordiam exora-  
 ret, ea, qua irrationabiliter commiserat, suo obtentu dilueret. Exin  
 regressus dum in Cotia silua venationem exercet, a febre corripitur,  
 & exinde Compendium siluam redijt: in qua cum grauiter vexaretur  
 à febre, aiebat: Vah, quid putatis? qualis est iste Rex caelestis, qui sic  
 tam magnos reges interficit? In hoc enim radio positus spiritum exha-  
 lauit. Quam multis morti vicinis, cum iam claudendi erunt  
 oculi, oculi aperientur, vt tum demum videant, plurima à se se  
 esse

I X.

Plin. lib. 8.  
 cap. 33.

Baron. Tom.  
 7. An 565. ex  
 S. Greg Tu-  
 ron. li. 4. hist.  
 Franc. c. 21.

564 Cap. L I. Diuini iudicij equitas, etiam in Phoca Imperatore, esse neglecta, plurima contra rationem acta, quibus vel in ipsa venatione sibi vitæ filum incidere meruerunt?

X.  
S. Greg. Tu-  
ron. hist.  
Franc. lib 3.  
cap. 36. Ba-  
ron. tom. 7.  
An 552, 19,

Luculentum eiusce rei, in magno Satrapa narrat exemplum idem D. Gregorius Turonensis in Parthenij nece, cui regni Francorum à Theodoberto rege cura commissa erat. Sic enim scribit: *Franci, cum Parthenium in odio magno haberent, pro eo, quòd tributa eis antedicti Regis tempore inflixisset: ille verò in periculo se positum cernens, confugium ab urbe facit, & à duobus Episcopis suppliciter exorat, ut eum ad urbem Treuericam deducentes, populi sanientis seditionem suà predicatione comprimerent. Quibus eantibus, nocte dum in stratu suo decumberet, per somnium vocem magnam emisit, dicens: Heu, heu succurrite, qui adestis, & auxilium ferte pereunti. A quo clamore expergefati, qui aderant, interrogabant, quid hoc esset? Respondit ille: Ausanius amicus meus cum Papijanna coniuge, quos olim interfeci, ad iudicium me accersebant, dicentes: veni ad respondendum. Zelo enim ductus ante aliquot annos conjugem innocentem amicumq; peremerat. Igitur accedentibus Episcopis ad antedictam urbem, cum strepentis populi seditionem ferre non possent, eum in Ecclesia abdere voluerunt, scilicet ponentes eum in arca, & desuper sternentes vestimenta, qua erant ad usum Ecclesia. Populus autem ingressus, perscrutatusq; vniuersos Ecclesia angulos, cum nihil reperisset, frendens egrediebatur: Tunc vnus ex suspitione locutus, ait, in Arca, in qua non est inquisitus aduersarius noster. Dicentibus verò custodibus, nihil in ea aliud, nisi ornamenta Ecclesia contineri, illi clamorem postulant, dicentes: Nisi referaueritis velocius, ipsi eam sponte confringemus. Deniq; referatà arca, amotis linteaminibus, inuentum extrahunt plaudentes, atq; dicentes: Tradidit Deus inimicos nostros in manus nostras: Tunc cadentes eum pugnis, spatisq; perurgentes, vinctus post tergum manibus ad columnam lapidibus obruunt. Vixisset diutiùs Parthenius, si rexisset clementiùs.*

Senec. Oed.  
act. 3.

*Qui scepra duro saeuus imperio regit,  
Timet timentes, metus in Authorem redit.*

XI.  
Fr. Petrar-  
cha l. 1. de re-  
med. vtriusq;  
Fortun. dial.  
95.

Legem patitur, quã vititur, qui crudelis est in imperando. Doctè Petrarca scribit, qui talem statum consecutus est, consecutum esse statum ceteri laboris, euentus ambigui, sed vt plurimum infelicitis. *Non te ad historias veteres, inquit, atq; externas mittam: quis*